

rerum ventum est, ipsas Solymas die eequo
inre ferro inuadere es ausg? inuasisti ta-
men, quod ius quod fas quod equitas tibi ne-
gabatur armis vindicasti, armis dico non
fortitudinis tuae, haec enim dudum gens He-
braea barbaros tyrannidis tuae calcasset fa-
stus, armis fortuna, ergo quod iniustissime
et per summum nefas Rex abstulisti, Rex
ego cur non sum ausg repetere? mea non tua
quod maiores mei mihi reliquerunt id quod tibi,
quod leges Priae, non quod Caldei principis su-
perbia, quod equum non quod ambitio, quod
deniq; meum est o Rex redde Sedeciae, quod
si captus haec de victore non impetro, nihil
te supplex deprecor, ne speres Sedeciam tuis un-
quam pedibus prouolutum aspicere, Regnum a
te non ut victus supplex, sed tanquam Rex de-
posco, aliud tribunal habeo ad quod appello
ad Memesin diuina iustitia haec vindican-
te quod ira est quamuis repugnes victor ob-
sinebo, calcabo frendas licet calcabo tamen